Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



168 216

ao iustitiae cum iniquitates? Aut quae societas
lucis ad tenebras: Quae autem concordia xpi ad belial
Aut quae pars fideli cum infideli Qui autem consen-
sus templo dei cum idolis Vos enim estis templum
dei viui: sicut dixit deus: quoniam inhabitabo in illis
et inambulabo: et ero illorum deus et ipsi erunt mi-
hi populus Propter quod exite de medio eorum et separa-
mini ab eis dicit dominus: et immundum ne tetigeritis:
et ego recipiam vos Et ero vobis in patrem
et vos eritis mihi in filios et filias: dicit dominus
omnipotens Haec igitur habentes promissiones karissimi: munde-
mus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus
perficientes sanctificationem in timore dei per iesum
Hic. Venit ad iesum Secundum marcam. Ecce. Ecce
leprosus deprecans eum: et genu flexo dixit
si vis potes me mundare Iesus autem misericor-
diae extendit manum suam et tangens eum ait
illi Volo mundare. Et cum dixisset: statim
discessit ab eo lepra et mundatus est Et com-
minatus est ei Statimque eiecit eum: et dixit ei
Vide ne cui dixeris: sed vade ostende te pri-
mo sacerdoti et offer pro mundatione tua
quae praecepit moyses: in testimonium illis.
At ille egressus coepit praedicare et diffamare
sermonem: ita ut iam non posset manifeste
in ciuitatem intrare: sed foris in deserto loco
esse Et veniebant ad eum undique: Fria vi. ad
Hunc respiciet qui bene Thymothei cum
presunt duplici honore digni habentur
maxime qui laborant in verbo et doctrina Di-
cit enim scriptura: non inhibebis os boui tritu